



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 11. Suetonij in Galba vnuſ, & alter in Otthone emendatus &
illustratus locus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

κόσ. ἐτὶ οὐδὲν, τινὲς εὖ καλεῖσθαι πέπονται. Καὶ αἱ
λεῖτον καλέσεις καὶ σάρας εἰς τὸν κόσμον ἔχειν μετα-
βαῖνος, οὐδὲν ματα ἔχειν ἄκαστους τὸ ποτανὸν εἶδος τὸν
μαρ. Sed & Lutetiae Parisiorum vestigia quoddam
no impositum est, quod vulgo cingulum regina vocatur.
Sic Themistocli apud eosdem Persas quinque vites
Magnesia, Lampasacus, Myus, Percope, & Paleklerum
in panem, vinum, opsonium, stragula & vestitum
tributæ fuissent dicuntur.

Suetonij in Celsa vnus, & alter in Ottone emendata
illustratus locus. CAP. XI.

CAP. XI.

Miris parsimoniā fuisse & Tacitus & Suetonius
& alij tradidissent. Cuius exempla multa cūm re-
lisset Suetonius, adiicit: *Quare aduentus eius non penitus tapeſtis
de gratia fuit: idq[ue] proximo ſpectaculo apparuit. Signos
Atellanis notissimum canticum exorſis, Venit ioſuſ ſimmo a re-
la: cuncti ſimul ſpectatores, conſentiente voce, reliquam pa-
rem retulerunt, ac ſapius veſu repeſito egerunt. Quae Te-
nebus libro quinco Aduersariorum emendatum
ſe & explicaturum profeffus, nihil de ſuo adfert, ne
Io eſſe interiectionē exultantis omnibus notissimum
Miroſ autem cur tantus vir, cūm manus depravata
loco admouifſet, nihil protulerit, niſi quod pueri per
lo grandiores in ſchola ſi ignorarent, cederebant. Ce-
rē ſi nodus ille tam facile ſolui poterat, non tali vindi-
ce indigebat. **Q**omodo autem populus, iterādo en-
vocem quæ exultantium propria eſt, declarare po-
ſet, parūm ſibi gratum eſſe imperatoris aduentum.
Sed nos tentemus, ſi uid melius poſſumus. Seru-
olim & libertis interdū nomina ex morib[us] ipſorum
imponi solebant, atque id magis etiam fiebat in co-*

nadij. Puto igitur in vetere Atellana vel seruum vel
seruum dispensatorem fuisse, qui, quod frugi & par-
cius, & dominis utibilis foret, ex re Onesimus vocare-
tur. Serule autem illud nomen esse, etiam e S. Pauli
utibilis notum est. Eum igitur conserui cum in Atel-
lana fabula viderent redeuntem e villa, intelligerent
que parcus sibi iam edendu ac bibendum fore, quod
eis Onesimus dure contente que habiturus esset, ceci-
berant. Venit Onesimus a villa: & addiderat, opinor, alia
ad parsimoniam & seueritatem ipsius exagitan-
dam perinerent. Eadem igitur illa cum in Galbam.
qui super venerat, praeclarè conuenire videretur, po-
pulus iocans crebro iterasse dicitur. Planè autem in
libris legitur Venitone simus. quod testati sunt
cum rebus & minimo negotio mendum tolli potuerit. Sed
sepe fit, ut etiam perspicacissimos ea quæ sunt ante
caulos posita, fugiant. Fuit autem ipsi Suetonio pater
fortissimus, & spectatae virtutis: cuius nomen cum
in libris decurtatum ac depravatum legatur, resti-
nente, opera fuerit. Sic ergo legimus in Ottone: In
fuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertie decima
tribunus angusticlauius. Ita vulgo. At vidi ego li-
brum qui carie & tineas senserat, in quo post nomen
Suetonius foramen erat exiguum: deinde sequebatur li-
bus & supra alia manu emendatum lenis: Omnino au-
tem legendum est Paullinus. id enim ei verum cogni-
men fuit. Testem in eam rem laudabo Tacitum, qui
fortis viri neque nomen, neque virtutem tacitam esse
fuit. Eius enim & saepè in annalibus & in Agricolæ
vita per honorificam mentionem facit.

c 5

Aristo-